Le De profúndis *pour nos chers défunts.*

De profúndis clamávi ad te, Dómine; Dómine, exáudi vocem meam.

Fiant aures tuæ intendéntes in vocem deprecatiónis meæ.

Si iniquitátes observáveris, Dómine, Dómine, quis sustinébit?

Quia apud te propitiátio est; et propter legem tuam sustínui te, Dómine.

Sustínuit ánima mea in verbo ejus; sperávit ánima mea in Dómino.

A custódia matutína usque ad noctem, speret Israel in Dómino.

Quia apud Dóminum misericórdia, et copiósa apud eum redémptio.

Et ipse rédimet Israel, ex ómnibus iniquitátibus ejus.

℣. Réquiem ætérnam dona eis, Dómine;

℟. Et lux perpétua lúceat eis.

℣. Requiéscant in pace. ℟. Amen.